



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Maria OEgniacensis. 23. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

um, S. PAULINUS sit mancipium, ut obscurum
hominem asserat in libertatem. Nescit (ait ipse
PAULINUS) nostra Religio personas accipere, nec con-
ditiones hominum, sed animas inspicit singulorum.

S. M A R I A

O Egniacensis.

23. Junii.

*Cum vadis cum adversario tuo ad
Principem, in via da operam li-
berari ab illo, ne forte trahat te
ad judicem, & Judex tradat ex-
actori, & exactor mittat te in
carcerem: dico tibi non exies in-
de donec etiam novissimum mi-
nutum reddas. Luc. 13. v. 58.*

EX amplissimo virtutum MARIE OEg-
niacensis viridario, flores omnes prater
Virginitatis liliu licet carpere. Hoc enim
illi parentum importunitas invidit, qui in-
vitam nuptiis illigârunt: quarum vix libato
usu, marito continentiam persuasit, magna
Christi

Christi approbatione, *cujus* crucem nunquam sine lacrymis, nunquam absque suo aliorumve bono adoravit. Militem genere quam moribus nobiliorem, suis præceptionibus perductum ad frugem, malus dæmon ad infames naufragii ejus scopulos retraxerat. Id, Maria longè absens, vidit tamen, & Crucifixi affusa pedibus precum finem non ante fecit, quam infelici avulsam contubernio, Deo sisteret transfugam. Eandem sibi apud DEUM Patronam animæ piaculari ardentes flammis optarunt, supplices nonnunquam ad eam manus tendere visæ: & verò quid illi cœlum negaret, centies per diem flexo poplite supplicanti, trecentis plagis laceranti corpus, atro pane vexanti veriùs, quam extinguenti famem, & sanè non duraturæ inter hæc supplicia, nisi Angelorum præsentia foveretur, & familiari cum DEI filio usu, qui subinde sui infantia amabilis, aliàs agni, aut columbæ specie decorus ei delicias faciebat. Ab hoc illi mira in divinas laudes eloquentia, vires adversus inferni larvas suppeditatæ, quarum cum se una morienti ingereret, hoc ejus convitio fugata est, *discede sanies & turpisudo*. Id qua fronte dicent, qui per omnem vitam

vitam se tam cupidè in hujus belluæ fi-
meto volutarunt? *Ex Surio.*

MEDITATIO

De animabus fidelibus iuvandis

Et pœnis purgatorij.

1. **S**OEpiscopus animæ flammis piacularibus eluen-
dæ à lacrymis orantis Mariæ refrigerium
sensere. Quam eleemosynam tu adeo indigis ani-
mabus porrigis? potum aquæ promittit Deus sese
remuneraturum, etiam minimo, nomine suo exhi-
bitum. Quid præmii futurum putas illi; qui amicis
Dei tam charis, sed modò in carceris arresto de-
tentis vel sacrificio missæ, vel sacræ Synaxeos fru-
itione devotâ, corpus & sanguinem Christi, aut
aliud opus bonum ad solatium transmiserit. *Nihil
tam divinum homo habet, quam de alijs bene mereri.
fac ergo ut calamitose sis Deus Dei misericordiam imi-
tando pro tuis viribus.* S. Gregor, Nazian. de amo-
re paup

2. Visis purgatorii flammis, fere Tyrannidem
(sed hic sanctus amor est sui ipsius) in castigando
corpore suo Maria exercuit. *Quid tot venialium
imo de mortalium rei peccatores agunt? Quid ali-
ud purgatorii ignis devorabis, nisi peccata tua? quan-
tò amplius tibi ipsi nunc parvis, & carnem sequeris;
tantò durius postea lues, & majorem materiam combu-
rands servas.* Thom. de Kemp: Lib. 5. cap. 24.

3. Cum infernalis larva morienti Mariæ sese in-
gereret

gereret, his verhis abegit. *Discede Sanies & turpido.* Quâ fronte hoc dicent qui se in belluæ hujus fimeto volutârunt, dum viverent? & usum pœnitentiz hõrruerunt, in molli corpore? quam levibus corporis afflictionibus? vel orationibus? quam facili usu indulgentiarum? tam duris cruciatibus, eum inferni tum purgatorii temetipsum eripere potes?

S. J O A N N E S
BAPTISTA.

24: Junii.

*Amen dico vobis non surrexit
inter natos mulierum major*

JOANNE BAPTISTA

Math. cap. ii.

JOANNES melioris Solis melior Phosphorus, ortus sui nuntium Angelum habuit. Ipse in matre jam sanctus, vix natus est cum mutum parentem loqui oracula infans fecit. Patriam domum cum eremo mutavit, & cibum locustas ac mel agreste, vestem cameli exuvias habuit. Inde anno Tiberii imperantis XV. viam Christo munire exorsus, non tam verbis, quàm vitâ ad pœnitentiam